

Dominici n. 1. & 2. Quo verò ad quartam Uxori superstiti ex Bonis Mariti defuncti debitam ministerio legis in celebri *Auth. Præterea Cod. unde Vir & Uxor*, Domini perstiterunt itidem in decisis 34 ex iis, quæ in priori Decisione §. *Sed quia coram Decano* afferuntur, quæque stabilia atque inconcussa manere censuerunt. Hoc unum superaddendum existimantibus iisdem Dominis ad submovendas conqueſtiones Thomæ circa periculum dilapidationis mobilium, rerumque hæreditariarum multiplico destinatarum, ubi illæ in liberum Dominici arbitrium relinquerentur, ut scilicet administratio eidem Dominico nequaquam admenda sit, præstita tamen per eum cautione de non dilapidando, ita enim æquo jure consultum erit indemnitati alterius Partis.

Et ita conclusum fuit Partibus utrinque strenuè decertantibus, atque omiſſa cognitione, an superius firmata militare debeant etiam quoad Bona sita in Ditione Januensi, Sacro namque Auditorio tantummodò interest declarare validitatem, seu nullitatem Testamenti, relicta quoad Bona extrà Ditionem Pontificiam executionis cognitione quibus de Jure.

R. P. D. CRISPOLTO.

FAVENTINA IMMISSIONIS.

Mercurii 5. Maii 1723.

ARGUMENTUM.

Donatio facta à fratre alteri fratri quomodo comprehendat jus succedendi in emphyteusi ex pacto & providentia.

SUMMARIUM.

- 1 Donanti ad bona donata non datur regressus.
- 2 Verba comprehensiva successione ex quocumque titulo etiam vigore contractus in donatione comprehendunt jus succedendi in emphyteusi.
- 3 Maxime si fuerint pluries repetita.
- 4 Reservatio unius successione demonstrat alias esse donatas.
- 5 Amplia si reservationi fuit adjecta taxativa.
- 6 Item si negativa universalis.
- 7 Emphyteusis ex pacto & providentia requirit specialem mentionem ad differentiam hæreditariae. Declara ubi agitur de dispositione facta favore personæ non comprehensæ in investitura, secus si favore comprehensorum n. 12.
- 8 Donantem voluisse donare jus succedendi quod ignorabat non est verisimile.
- 9 Bona emphyteutica ex pacto & providentia non veniunt appellatione bonorum paternorum.
- 10 Clausulæ generales restringuntur ad species expressas. Limita si addita etiam verba universalis n. 14.
- 11 Dispositio bonorum emphyteuticorum inter comprehensos est licita.
- 12 Ignorantiam donantis excludit universalitas verborum.
- 13 Exceptio firmat regulam in non exceptis.
- 14 Et declarat prædicata generis esse ejusdem qualitatis cum exceptione.
- 15 Exceptio non facit comprehendere sub regula quæ ea non facta, non comprehenderentur.
- 16 Distingue inter exceptionem dispositivæ, & de-

clarativæ sumptam.

19 Et limita si exceptio esset superflua.

20 Donatio favore certi matrimonii cum filiorum contemplatione latè intelligenda.

DECISIO XV.

Cum post obitum Fabii Naldi, Fabricius ejus filius prætenderet admitti æqualiter cum Balasso Fratre ad successionem in Prædio della via Cupa concessio ab Abbazia Classensi in emphyteusim d. Fabio pro se, filiis, & nepotibus, juxta dispositionem *Textus in cap. 1. de success. Feud.* è diverso autem Balassus occupata totius prædii possessione, illum excludere niteretur exceptione cujusdam Donationis sibi ab eodem factæ occasione certi matrimonii, nec res aliter, quam Judicis officio componi posset, fuit causæ cognitio delegata huic Sacro Auditorio tanquam in prima, appellatione remota, & cum suffragio omnium Dominorum, etiam Ponentis. Quapropter ego, cui Ponentis vicem gerere obtigit, proposui Dubium -- an sit danda immisio ad medietatem prædii positi in via Cupa, seu potius obstet donatio -- quod fuit resolutum negativè quoad primam partem, affirmativè quoad secundam.

Cujus resolutionis ratio stetit in abdicatione cujuscumque juris, quam Fabricius fecit favore Balassi per dic. donationem amplissimis hifce verbis conceptam. -- *Quindi è che d. S. Fabrizio pro riservandosi le ragioni di succedere solamente nella Primogenitura, d' eredità sudetta (nempe Jacobi Vissani) e Beni à quella sottoposti, & non aliàs aliter propter nuptias dona al sudetto Signor Balasso, e suoi figlioli da nascere dal sudetto matrimonio ogni ragione, azzione, e porzione, nella quale detto Signor Fabrizio potrebbe in qualsivoglia modo, e sotto qualsivoglia titolo succedere ne Beni, & eredità di d. Signor Fabio suo Padre, e Signora Claudia Dondinini sua Madre tanto per testamento, d' altra ultima volontà, quanto per qualunque altra disposizione etiam inter vivos, & ab intestato per qualsivoglia ragione, titolo, e capo, e causa etiam di legittima ogni azzione, ragione niuna riservatase, se non di succedere nella Primogenitura, d' eredità Vissana sudetta e Beni ad essa sottoposti --, quæ verba cum comprehendant jus succedendi in dicto Prædio emphyteutico tunc à Fabio Patre possessio, efficiunt quominus præfatus Fabricius donans ad illud valeat amplius regressum habere l. 1. ff. de donation. l. si quis argentum §. finali C. eod. Rota dec. 653. nu. 1. par. 19. rec. & in vaden. emphyteusis 7. Junii 1709. §. Quodque coram Eminentiſſimo Scotto.*

Et profectò dubitari non poterat quin sub relatis verbis comprehenderetur jus succedendi in d. Prædio emphyteutico competens Fabricio per obitum Patris, tum attempta eorum amplitudine cum expressione cujuslibet tituli etiam per contractum inter vivos, quæ minimè patitur exclusionem Juris succedendi vigore contractus emphyteutici præexistentis tempore donationis, & tribuentis jus certum de præterito, ut in durioribus terminis dixit Rota coram Priol. dec. 653. nu. 8. & seq. in rec. decis. 653. numero 8. in Romana communicationis Bonorum 7. Maii 1708. §. Quoniam coram b. m. Molines in confirmatoria 12. Aprilis 1709. §. Absque coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Bononien. Immissionis 18. Junii 1714. §. Altera coram R. P. D. meo Cerro, potissimè cum verba, & clausulæ hujusmodi fuerint repetitæ per integram Instrumenti seriem, gemi-

gemitatio enim verborum universalium dat aperit intelligere, mentem proferentis fuisse comprehendere quidquid sub eorum significatione contineri potest *Cyriac. contr. 205. num. 222. Conciol. alleg. 31. num. 45. Rota Bonon. inter re-collectas per Balducc. ad Ramon. dec. 34. nu. 32. & seqq. tom. 2. Tum, fortius quia Fabricius Donans reservavit sibi dumtaxat jus succedendi in Bonis subjectis fideicommissio Jacobi Vissani, per quam reservationem dicitur voluisse comprehendere cætera omnia, quæ non reservavit ad regulam *Text. in L. Nam quod liquidè §. finali ff. de pen. legat. l. quæsitum §. Denique ff. de fund. instruch. quam in subjecta materia expendunt Cravett. conf. 15. n. 8. Castald. consulti. 151. num. 2. Tartagl. de reserv. stat. art. 62. nu. 229. Schettin. de pact. futur. success. par. 3. sect. 4. quæst. 3. n. 51. Rota inter re-collectas per Balducc. ad Ramon. dec. 10. n. 17. tom. 4. decis. 61. nu. 11. & dec. 104. n. 12. coram Benincasa, & in Mantiss. ad Card. de Luc. lib. 10. dec. 75. n. 5. tom. 3.**

Crescitque vis hujus reservationis propter dictionem illam *Solamente ibi, riservandosi se ragioni di succedere Solamente nella Primogenitura, d' eredità sudetta*, nec non propter negativam universalem ibi, *niuna riservatase se non di succedere nella Primogenitura d' eredità Vissana*, utraque enim includit in Donatione omnia alia jura præter illud, quod fuit specialiter reservatum, ut de prima, Rota dec. 426. n. 5. par. 2. & dec. 391. n. 3. par. 13. rec. & de secunda in *Novarien. Præcedentiæ 11. Decembris 1713. §. Non attempta coram b. m. Barbadoico.*

Non relevante responsione, quòd jus succedendi in emphyteusi ex pacto, & providentia, quale est prædium, de quo agitur, non veniat sub clausulis generalibus donationis, vel ex quo requirit specialem mentionem ad differentiam emphyteusis hæreditariæ, quæ illam non exigit, prout distinguendo tradunt *Bart. in l. ut jurisjurandi §. si libertus ff. de oper. libert. Cancer. var. res. cap. 15. de renunc. num. 122. & sequen. Rosenthal. de feud. cap. 7. conclus. 22. nu. 8. & sequen. Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 4. cap. 2. num. 48. vers. non comprehendit Donad. eod. tract. lib. 1. cap. 5. per tot. Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 38. nu. 12. & seqq. Rota coram Coccin. dec. 680. n. 1. in rec. dec. 245. n. 8. & dec. 317. n. 1. & seqq. par. 15. & dec. 44. n. 12. par. 16. Vel quia de eo certior non esset Fabricius, quem proinde verisimile non est illud donare voluisse. Fontanell. dec. 397. n. 20. Rota coram Bich. dec. 7. n. 20. in rec. dec. 735. num. 23. par. 18. & in Ravennaten. Donationis 20. Martii 1722. §. Hoc autem coram R. P. D. meo Cerro; Vel demum quia in Donatione actum fuerit de Bonis, & hæreditate paterna, & materna, quorum appellatione non continentur emphyteutica Bona ex pacto, & providentia, quæ in filios non transeunt uti Paterna, aut Materna, sed illis obveniunt uti propria ex lege Investituræ eos directè vocantis*

Paris. conf. 12. num. 56. & seqq. lib. 1. Michalor. de frat. par. 3. cap. 41. num. 88. Rota coram Coccin. dec. 649. n. 23. & plenè coram Manzaned. dec. 166. per totam. Quamobrem clausulæ universales restringendæ sint ad species Bonorum, & hæreditatum personarum expressarum, non verò trahendæ ad diversas, Michalor. de Fratib. par. 3. cap. 41. numero 8. Rot. dec. 23. nu. 24. par. 15. dec. 375. n. 11. par. 17. rec. & in Romana Immissionis 6. Decembris 1715. §. Adeo ut coram R. P. D. meo Foscaro.

Enim verò fuit animadversum, personas à Fabricio vocatas in Donatione esse comprehensas in Investitura, & proximè in illa successuras, quarum favore ei permittebatur de dicto prædio quomodocumque disponere ad *Text. in cap. 1. §. et si clientulus de alienat. feud. Cravett. conf. 286. n. 6. Aldobrandin. conf. 15. nu. 48. lib. 1. Michalor. de Frat. par. 3. cap. 41. num. 86. Rot. coram Coccin. dec. 671. n. 3. & in rec. dec. 401. n. 16. & 17. par. 13. Hoc autem posito consequens erat, ut jus succedendi in eodem Prædio includeretur sub verbis universalibus in Donatione appositis, citra quod necessaria esset mentio specialis, eo dumtaxat casu à Doctoribus desiderata, quo verba sint merè generalia, & dispositio sit favore non comprehensorum ad evitandam penam caducitatis, ut firmiter tenent *Natt. conf. 159. nu. 25. Cravett. conf. 256. nu. 6. Fab. de Ann. conf. 120. num. 22. Cyriac. contr. 205. nu. 222. Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 4. cap. 2. sub n. 48. Rosenthal. de feud. cap. 7. concl. 22. n. 16. Schettin. de pact. fut. success. par. 3. sect. 4. quæst. 3. nu. 48. & sequen. Gob. de Feud. quæst. 6. nu. 83. Hodiern. ad Surd. dec. 11. n. 1. & sequen. Posth. dec. Bonon. 50. n. 3. Rota coram Coccin. decis. 671. n. 3. & in rec. 218. num. 27. par. 11.**

Quinimò hæc universalitas verborum reddit etiam inalegabilem excusationem petitam ab ignorantia, cum præsumptio sit, Fabricium loquentem fermone universali, & effuso cogitasse de iis, ad quæ talis loquendi modus extendi poterat, *Conciol. alleg. 31. nu. 50. Donad. de renunc. lib. 1. cap. 3. nu. 4. Gratian. discept. 346. n. 15. & duobus sequen. Rota inter re-collectas per Balducc. ad Ramon. dec. 10. n. 25. & 26. tom. 4. coram Benincasa dec. 208. n. 11. & in Tyburtina renunciatio-nis 19. Januarii 1722. §. Dicere coram R. P. D. meo Foscaro, itidemque nullius momenti facit esse restitutionem habitam ad bona paterna, & materna, quia bonorum paternorum appellatione cum adjectione verborum universalitatem causarum, & titularum denotantium, comprehenduntur omnia à Patre possessa etiam titulo resolvable, & sic emphyteusis ex pacto, & providentia, prout pro sequendo relatum distinctionem inter verba universalis, & verba generalia, ac dispositionem favore personæ capacis, & alteram favore extranei ultra superius allegatos §. *enim vero* probant *Dec. conf. 389. erga finem Natta conf. 159. sub n. 24. & n. 30. cum aliis apud Schettin. de pact. fut. success. par. 3. sect. 4. quæst. 3. nu. 48. Rot. Bonon. inter re-collect. per Balducc. ad Ramon. dec. 34. n. 32. & sequen. tom. 2.**

Apprimè de cætero intelligentiam hanc verificante dicta reservatione solius juris succedendi in Bonis subjectis Primogenituræ Jacobi Vissani facta à Fabricio in donatione, nam sicuti ille specialiter præservavit ipsi Fabricio Bona fideicommissi Vissani, quæ non erant strictè, & propriè Paterna, quia à Patre possidebantur titulo resolvable, & post ejus obitum in filios jussu testatoris transferenda erant, ita declaravit fuisse in donatione inclusa omnia alia jura, & Bona, quæ simili titulo temporali investituræ ex pacto, & providentia, tunc idem Pater retinebat, exceptio enim est de contentis sub regula, illamque firmat in casibus non exceptis l. 1. §. sed excipiuntur ff. de Fer. Nat. conf. 159. n. 31. Ramon. conf. 95. n. 56. Gob. consult. 82. n. 33. Rota coram Comit. dec. 165. nu. 14. coram Bich. dec. 337. nu. 9. coram Benincasa dec. 61. nu. 12. & 13. & in rec. dec. 410. nu. 9. par. 19. & declarat prædicata generis esse

16 esse ejusdem qualitatis cum exceptione Franc. in rubr. de reg. jur. in 6. n. 3. Spad. conf. 262. nu. 3. lib. 2. Altograd. sen. conf. 35. n. 18. & seqq. lib. 2. Rot. coram Ludovif. dec. 257. nu. 6.

Nec profuit in oppositum replicare quod exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, qui sub regula comprehenduntur, nontamen ad eo illam ampliet, ut faciat sub ea comprehendí, quæ aliàs minimè comprehenderentur exceptione non facta, nè inducta ad unum finem, nempe diminutionem, contrarium operentur ex doctrina Bart. in l. Generali §. uxori n. 3. ff. de usufruct. legat. Felin. in cap. quoniam frequenter n. 2. ut lit. non cont. Ancharan. in cap. 1. de privil. in 6. Andreol. contr. 2. n. 3. & 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 21. p. 2. nu. 36.

Duplex enim occurrebat responsio, prima nempe, quod verba Donationis sejuncta à dicta reservatione, non repugnabant, ex superius ponderatis, comprehensioni juris succedendi in dicto Prædio emphyteutico, sed ad summum erant admodum dubia, utrum illud comprehenderent necne, hac autem stante dubietate declaranda erant ab eadem particulari reservatione, quæ proinde dicitur declarare donationem, non verò illam ampliare, ut explicando materiam docent Cagnol. in l. 1. n. 33. & sub n. 35. vers. hinc etiam ff. de regul. jur. Alciat. conf. 13. nu. 19. tom. 1. lib. 2. Corn. conf. 57. sub n. 1. lib. 1.

Altera responsio est quod esto etiam reservatio non esset de comprehensis sub donatione, sed exceptio de non contentis sub regula, adhuc per eam amplianda esset donatio ad jus succedendi in Prædio emphyteutico, quia aliàs fuisset inutiliter apposita, quod non est admittendum, ut per Text. in cap. fin. de Procurat. in 6. pluribus optimis, & ad rem facientibus exemplis probant Jaf. in l. fin. n. 9. & 10. ff. quod quisque jur. Cagnol. in d. leg. 1. n. 36. & duob. sequen. ff. de reg. jur. Everhard. in topic. loc. ab exceptione ad regulam n. 3. & 4. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 16. n. 31. & 32. Menoch. de præf. lib. 3. præf. 97. n. 35. & duob. sequen.

Eoque facilius in hanc sententiam itum est, quia agebatur de donatione facta contemplatione certi matrimonii cum vocatione filiorum ex eo nasciturorum, in qua latior, quoad potest, favore donatarii capienda est interpretatio, Cravett. conf. 15. n. 9. Rota coram Coccin. decis. 645. n. 13. & in rec. dec. 382. n. 7. par. 1.

Et ita utraque Parte audita, & omnibus Dominis una mecum suffragium ferentibus &c.

R. P. D. R A T T O.

TUSCULANA IMMISSIONIS.

Ven. 2. Julij 1723.

A R G U M E N T U M.

Repræsentationis beneficium procedit tam in successione ab intestato, quam in illis ex testamento, & signanter in fideicommissis; nisi per contrariam enixam testatoris mentem submoveatur: quam ex vocatione Proximioris in gradu illiusque prælatione minus proximo minimè deduci in hac decisione, & in sequenti solide firmatur.

S U M M A R I U M.

- 1 Repræsentatio in fideicommissis æque ac in successione ab intestato locum habet.
- 2 Et non excluditur nisi per vehementes & univocas contrarias conjecturas.
- 3 Verba, succedant juxta juris dispositionem, favent repræsentationi.
- 4 Item alia, æquis portionibus.
- 5 In vocatione plurium sub nomine colectivo, ordo naturalis charitatis postulat ut filius demortui Patris gradum ascendat per repræsentationem: quidquid secus in vocatione facta nomine speciali.
- 6 Vocatio proximioris in gradu intelligitur secundum juris dispositionem.
- 7 Verba, succedano prima li filij, e poi li nepoti, non obstant repræsentationi.
- 8 Clausula salva gradus prærogativa repræsentationem tollit.
- 9 Filius, paternum gradum per repræsentationem occupans, novum gradum non efficit, sed antiquum conservat.
- 10 Proximioritatem respectu gravati etsi exploratum est hodie in successione attendi.
- 11 Verba tamen succedat proximior in gradu &c. ad magis confirmandam, quam ad tollendam repræsentationem potius intelligi debent.
- 12 Præcipue si testator usus est verbis dubiis & relativis tam ad se ipsum quam ad heredem.
- 13 Interpretatio capienda est pro repræsentatione, & assignatur ratio.

D E C I S I O X V I.

COæqualem successionem cum Cæcilia Matertera præterentes Clarix, Joannes Maffeus, & Ludovicus de Castro filii Prudentiæ, ejusdem Cæciliæ sororis, in hæreditate Alphonfi Bartoli, quæ vigore fideicommissi ab eo ordinati in testamentariis Tabulis cum quibus decessit, prius obvenerat in Marcum Antonium, & Alexandrum filios ejusdem Alphonfi, deinde in Alphonsum jun. Nepotem ex Alexandro filio, ac denique in Josephum pronepotem ultimum masculum, prædictarum Cæciliæ, & Prudentiæ fratrem, nuper absque filiis defunctum; Judicium instruxerunt in Tribunali A. C. vigore l. fin. C. de edict. Div. Adrian. tollen. contra præfatam Cæciliam Bonorum omnium fideicommissariorum detentricem; Quamvis autem ibidem infelici Marte pugnaverint, stante absolutoria Sententia per Cæciliam reportata, devoluta tamen causa in ulteriori appellationis gradu ad hoc Supremum Auditorium, favorabiliorem sortem experti sunt, respondentibus hodie DD., sub congruo Dubio per me requisitis, dandam esse immisionem.

Alphonfus enim Testator post collatam hæreditatem in Marcum Antonium, & Alexandrum ejus filios masculos, & post constitutum progressivum fideicommissum favore ulteriorum masculorum ab ipsis descendendum, deficientibus subinde masculis voluit, ut, succedant femina legitime, & naturales descendentes de Testatore, vel à dd. suis filiis masculis juxta Juris communis dispositionem æquis portionibus &c. unde cum post obitum Josephi ultimi masculi, superstitie remanserint ex una parte Cæcilia ejus soror; ex alia verò Clarix, Joannes Maffeus, & Ludovicus filii Prudentiæ alterius d. Josephi sororis prædefunctæ, clara utique visa est fideicommissi purificatio favore utriusque Partis, ita

ita quidem, ut honorum medietas spectare debeat ad d. Cæciliam, altera verò ad Actores filios Prudentiæ, qui licet uno gradu remotiores, eandem capere debent portionem, quam consecuta fuisset eorum Mater si ultimo masculo defuncto supervivisset, cum subingrediantur in locum, & gradum Matris prædefunctæ, vigore repræsentationis, quæ ex inconcussa Sententia in Sac. Tribunali recepta datur in fideicommissis, & substitutionibus non aliter quam in successione ab intestato juxta gloss. in l. cum ita §. in fideicommissis ff. de legat. 2. cum qua procedunt Episc. Rocc. disput. Jur. cap. 9. à numer. 1. Altograd. conf. 65. numer. 2. lib. 1. Spad. conf. 243. numer. 1. lib. 3. Mans. consult. 89. ex numer. 11. Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 23. artic. 1. per tot. Mant. de conject. lib. 8. tit. 9. numer. 2. & seqq. Fufar. de substit. quæst. 485. numer. 1. bo. me. Ansaldo. in addit. ad dec. 89. numer. 67. Rot. dec. 88. numer. 16. & seqq. coram Celso, dec. 335. numer. 4. cor. Priol. dec. 707. numer. 8. cor. Merlin. in Balneoregien. fideicommissi 6. Febr. 1708. §. Quemadmodum, & 14. Januar. 1709. §. Ad suadendum coram Eminentiss. Card. Scotto, in Romana, seu Ariminen. fideicommissi 3. Julii 1713. §. Ratio cor. eod. & in Æsina fideicommissi 14. Martii 1718. §. Quod autem cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.

Et quamvis hujusmodi opinio, communi DD. calculo comprobata pro admissione repræsentationis etiam in fideicommissis, & substitutionibus, limitationem recipiat, ubi resistat contraria Testatoris voluntas, vel expressa, vel etiam ex conjecturis elicita; Talis tamen voluntas exclusiva repræsentationis, debet esse evidens, & conjecturæ ad eundem effectum requisitæ, nisi sint vehementes, & concludentes, ita ut aliò referri non possint, minimè attenduntur ex animadvertis per Decian. respons. 55. numer. 38. lib. 3. Mans. consult. 89. numer. 11. lib. 1. Fufar. de substit. qu. 485. numer. 15. Robles de repræsent. lib. 1. cap. 13. numer. 16. Rot. in d. Balneoregien. fideicommissi 6. Febr. 1708. §. Et licet cor. Eminentiss. D. Card. Scotto, & in d. Æsina fideicommissi 14. Martii 1718. §. Magnam cor. R. P. D. meo Falconerio.

Tantum autem aberat, quod in præsentii hypothesis voluntas Alphonfi Testatoris demonstrativa admissioni repræsentationis, quin potius eam fuisse conformem judicio repræsentationis effectui, non obscure appareret, eo ipso quod feminas in defectum masculorum vocatas, succedere voluit juxta Juris communis dispositionem æquis portionibus quæ sanè relatio habita ad dispositionem Juris communis, satis superque indicare videbatur Testatoris voluntatem undique consentaneam repræsentationi, habenti pro se Juris assentiam, ut egregie probat Rot. in d. Æsina fideicommissi 14. Martii 1718. §. Magnam cor. R. P. D. meo Falconerio. Ponderando præsertim, quod Testator voluit feminas descendentes succedere æquis portionibus, ex quo eo certius evincitur, quod noluit prohibere repræsentationem, quia vocando quamlibet ad suam portionem, denotavit quod alia portio remanere deberet apud filios alterius ex substitutis prædefuncti, quæ æqualitas inter substitutos à Testatore demandata, utique non servaretur, si portio Prudentiæ deferenda esset Cæciliæ, ut in puncto advertit Rot. dec. 176. numer. 19. cor. Celso, & dec. 27. numer. 10. par. 11. rec. & conferunt deducta in Decisiones noviss. ad Castellum de Alim.

Romana, seu Tiburtina fideicommissi 21. Junii 1715. §. Ruit cor. R. P. D. meo Cerro.

Eoque securius, quia non agitur in præsentii de substitutis quos Testator vivens cognoverit, & per nomina specialia, & naturæ designaverit, ita ut particularem, seu personalem erga eos affectionem habere potuerit, potius quam ad eorum filios, sed agitur de feminis incertis, & incognitis, verbo colectivo descendendum comprehensis, in quibus terminis indubitanter admittitur repræsentatio; Cessante namque peculiari causa prædilectionis, subintrat ordo naturalis charitatis, juxta quam filius in locum Patris præmortui vocatus præsumitur ad tradita per Gratian. discept. 5. for. cap. 49. numer. 1. & seqq. Altograd. conf. 67. numer. 18. lib. 1. Mans. consult. 48. numer. 11. tom. 9. Rot. dec. 241. numer. 9. par. 9. rec. & distinguendo unum casum ab alio magistraliter ead. Rot. in d. Balneoregien. fideicommissi 6. Februarii 1708. §. Porro cor. Eminentiss. D. Card. Scotto, & in d. Æsina fideicommissi 14. Martii 1718. §. Quæ ratio cor. R. P. D. meo Falconerio.

Quin pro inducenda contraria Testatoris voluntate exclusiva repræsentationis, obesse poterit unicum objectum quod fundabatur in posterioribus Testamenti verbis post foeminarum substitutionem immediate adjectis ibi, ita tamen, ut proximior in gradu, ei, cui, vel illis, quibus succedetur, debeat præferri minus proximo, aut remotiori; Prælatio namque, quæ medianibus illis verbis stabilita noscitur favore proximioris, nullatenus præ se ferre poterat exclusionem nepotum respectu Matertera, quia in vim repræsentationis de Jure competentis dd. nepotibus, ipsi sunt æquè proximiores defuncto, occupando, vel repræsentando gradum maternum, ac propterea dicuntur æque vocati sub nomine proximioris, quod censetur à Testatore prolatum non de facto, & secundum naturam, sed de Jure, & secundum legem, ut in puncto admonent Peregrin. de fideicom. art. 21. n. 6. 17. Castill. lib. 3. cap. 19. n. 302. & seqq. & lib. 4. cap. 20. n. 3. Thesaur. dec. 65. n. 3. Rot. dec. 314. nu. 11. cor. Priol. dec. 176. à nu. 24. cum seqq. cor. Celso, dec. 27. n. 20. par. 11. dec. 437. per tot. & signanter n. 1. & 2. & n. 8. & 9. par. 19. to. 2. rec. confirmata in dec. 64. n. 1. 2. & 4. & dec. 65. à n. 1. cum seqq. post Urceol. de transact. in Balneoregien. fideicom. 6. Febr. 1708. §. At diversimodè cor. Eminentiss. D. Card. Scotto, confirmata 14. Jan. 1709. §. fin. cor. eod. in Firmana Immissionis 1. Julii 1709. §. Nequies cor. R. P. D. meo Falconerio, in Bononien. fideicom. de Barberis 17. Jan. 1710. §. Quoniam cor. Reverendiss. meo Aldrovando, in Romana, seu Ariminen. fideicom. 3. Julii 1713. §. Non obstante cor. prælaudato Emin. D. Card. Scotto, & in fortioribus terminis quod vocatis proximioribus succederent Nepotes una cum Patruo, etiam si Testator præscripsisset ordinem che prima succedino li figli, e poi li nepoti, e così si continui in infinito, respondit Rot. in d. Æsina fideicommissi 14. Martii 1718. §. Eiusdemque cor. R. P. D. meo Falconerio.

Authoritates verò in contrarium allegabiles procedere possent quando ultra expressionem proximioritatis, adjicitur etiam clausula salvo gradus prærogativa, quia cum prærogativa importet prælationem proximioris secundum naturam, hæc non servaretur, si haberet locum repræsentatio, ut in specie observant Robles de repræsent. lib. 3. c. 10. n. 26. & seqq. Rot. dec. 1116. n. 3. cor. Emer. jun. secus autem dicendum est, in præsentii casu, in quo Testator nullo habito respectu ad prærogativam gradus,